Idem Testamentum Roborat.

Comparens personaliter coram Officio Actisq[ue] praesentibus Castren[sibus] Capi-
tan[ealibus] Premislien[sibus] Gen[ero]sus Georgius Blazowski sanus mente
et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue]
suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo. Prae-
senti vero Castren[si] Capitan[eali] Premislien[si] Jurisdictioni quoad
actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac sponte ex-
pressum recognouit. Quia ipse Dispositionem suam
certam Testamentariam Ultimae Voluntatis suae eo nomi-
ne conceptam ratione certarum rerum et conditionum ibidem
contentarum et conscriptam de actu et data illius ibidem
in eadem Dispositione Testamentaria contentis confectam
et conscriptam manu sui Recognoscentis et certarum per-
sonarum ibidem expressarum subscriptam roborat confirmat
et ratificat eidemq[ue] omnibus Inscribendo se ac personam
suam quoad effectum eiusdem Testamenti Successoresq[ue]
suos super bonis suis generaliter omnibus mobilibus
et immobilibus summisq[ue] pecuniarijs quibusuis habitis
et habendis quoad satisfactionem eidem dispositioni
suae testamentariae onerat et obligat prout ipse est
et prout quamlibet personam eodem testamento
specificatam tangit in omnibus et singulis Conditionibus
punctis Clausulis articulis damnis seu restitutionibus liga-
mentis ac nexibus generaliter vniversis firmiter tenere
complere exequi ac inuiolabiliter obseruare eidemq[ue]

et ipsius contentis omnibus et singulis tam in toto
quam in parte toties quoties opus fuerit respectu cu-
iusuis personarum singulatim et seorsim ad hoc idem te-
stamentum pertinentium satisfacere Dispositionem praefatam
Testamentariam ad Inscriptionem praesentem et e contra
vicissim in toto referendo. Quae praemissa omnia et singula
sui Recognoscentis successores suae posteri eorum fa-
cturi et completuri sunt Idque sub damnis Terrestribus
simpliciter absque corporali iuramento taxandis et edi-
centes per successores sui Recognoscentis in casu contra
uentionis contentorum eiusdem Testamenti respectu cuiusli-
bet personae ad contenta et legata eiusdem Testamen-
ti pertinentes ad soluendum succumbentes. Pro quibus
quidem damnis Terrestribus simpliciter absque iuramen-
to corporali taxandis ac pro re aliqua principali
ex contentis eiusdem dispositionis Testamentariae non
completa complenda citati existentes successores sui Re-
cognoscentis ad instantiam Legatariorum et perso-
narum ad interesse eiusdem dispositionis Testamenta-
riae pertinentium iuxta competens interesse et sortem cuius
cunque illorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Pre-
misliense Ex hinc recessu Suprascripto quo ad respondendum
spectat mediante semper in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere
Damna praefata Terrestria luere Inscriptioni praesenti sa-
tisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebi-
tur Seque ac suos successores ad eadem omnia inscri-
bit et onerat praesentibus. Illum terminum primum perem-
ptorium et alios omnes exinde consequentes Causae

eius

eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate Pro maiori Minorennitate successorum Legatione intra vel extra Regnum Seruitio militari ad Munimenta ad Euictorem vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem Cterea Ultra primos Offiy praefati Castren Premislien Terminos dilationem sibi non recipiendo Nullasq motiones contestationes ac earum prosecutiones faciendo ac Comissa omnia poenis Simplicibus vel Triplicatis Euasion Suspension Fatalys Juris Praescriptione Terrestri Bello Conuentiones ac alys quibusuis Juris remedys et defensis non subterfugiendo nec alio quouis modo euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premysliensi Feria quinta post Dominicam Inuocauit Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo 22/II 1657

Grabinskich 651